

Forfatter: Helgesen, Poul

Titel: Udrag fra Compendiosa regum Daniæ historia

Citation: Helgesen, Poul: "Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab", i Helgesen, Poul: *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab*, 1932-1948, s. 26. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-helg06val2-shoot-idm140415585284496/facsimile.pdf> (tilgået 23. april 2024)

Anvendt udgave: Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

26

*Regum Daniæ Historia*

3 SVENO.

78. Rex Sueno Estridsson Chanuti duri ex Estrita  
sorore nepos. Huius temporibus Magnus rex Nor-  
uegiæ occupatus regnum Daniæ ex pacto quod  
cum Chanuto duro pepigerat, pugnauit aduersus Sue-<sup>5</sup>  
nonem ac vicit. Sueno igitur in Schaniam fugiens  
atque inde in Sueciam fugam parans, audiuist Mag-  
num esse mortuum, qui mox reuersus ab vniuersis  
Danis in regem eligitur. Regnauit autem annis 28.  
Huic erant multi filij, quorum quinque ex ijs reg-<sup>10</sup>  
narunt. Iste Sueno erat magnus religionis cultor et  
præcipius cleri amator, cui inter ceteros erat cha-  
rissimus Wilhelmus Roschildensis episcopus, a quo  
sustinuit libere coargui et admoneri, siquando admi-  
ssisset quicquam correctione dignum. Nam quemad-<sup>15</sup>  
modum in vita sua se mutuo dilexerant, ita in morte  
quoque non sunt separati. Episcopus enim regio  
funeri solempni more occursum iussit parari duo  
monumenta duoque feretra ex vrbe Roschildensi  
efferri, cumque cognouisset in Topsøw ore adesse <sup>20</sup>  
regium funus, erectis in coelum oculis et manibus,  
si quo rerum auctori seruitio placuisset, vitam a se  
finiri petiuit. Hæc fatus, veluti in domestico lectulo  
acquiescens extinguitur.

7 HARALDV.

<sup>25</sup>

79. Rex Haraldus Suenonis filius natu grandior.  
Huius tempore defecit ab obedientia Danorum Ang-  
lia, quæ iam 120 annis fuerat regibus Danorum vec-  
tigalis. Et quoniam regiæ functioni erat parum ido-  
neus, sub illius principatu quisque suo voto viuebat, <sup>30</sup>

affectibus magis quam legibus aut æquitati seruiens.  
Vnius tantum legis editione maximos meruit vulgi  
faidores, quia concessit reo in purgationem intentati  
criminis, vt sese iureirando tueretur, quæ lex hoc  
5 nomine erat vulgo gratissima, quod minus periculi  
formidaret ex periurio quam ex ferro. Erat autem  
Haraldus iste sacrorum officijs deditus, sed super-  
stitione magis quam pie, cumque regnasset duobus  
annis defungitur.

10 4 CHANVTVS.

80. Rex Chanutus sanctus secundus Suenonis filius.  
Iste Chanutus erat non solum egregius pietatis et  
religionis cultor verumetiam magnus iustitiæ ama-  
tor. Videns autem regni incolas adhuc dubitare in  
15 multis ad Christianam pietatem religionemque spec-  
tantibus, nec esse ceteris per orbem Christi fideli-  
bus legibus et ceremonijs pares et conformes, cum  
essent ob contemptum regiae iussionis, qua præcepti  
erant expeditionem facere in Anglos rebellantes,  
20 grandi pecunia multetandi, remissa pecuniaria mulcta,  
religiosa pietate vrgebat, vt ritu aliarum nationum  
Christianam religionem profitentium decimas suis  
sacerdotibus soluerent. Qui perfidia Olaui fratribus et  
25 præcipue Iuti aquilonares frequenter perfidi, insur-  
rekerunt aduersum iustum et sanctum regem, fugi-  
entem in Fioniam persequentes, vbi in vrbe Otho-  
nia sanctum Dei martirem crudeliter occiderunt in  
Basilica quæ nunc diu Albano sacra est, anno regni  
30 sui decimo, cuius crudelem interfictionem fuisse